



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Petrus Carranza Ep. Boniaeris. n. 60

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

Fremant superbi, nec teneant minas,  
Bellumque, cædesque, & rabiem parent;  
Causamque, quam ius damnat æquum  
Vi vetitis tueantur armis.  
Vos ista prudens simplicitas, bene  
Morata se se nec leuis efferens,  
Defendet infantes. At ipse  
Se rabidus male perdet hostis.  
Qui quo cruentus sauerit magis  
Plus iudei damni comperiet, videns  
Vicisse quos viros putarat  
Et cineri supereffe vires.

Et quo mā-  
gis vexata,  
ed viari-  
cior.

Ita cecinit eleganter Antuerpiensis Antistes, ut refertur in Catalogo  
Scriptorum Societatis, per Ribadeneiram, & Alegambe initio.

60. \*, A PETRO CARRANZA Episcopo Fluminis Argenti-  
tini, sive Boni-aëris in Peruuo, ex Sacro Ordine Carmelitano in  
Concione Beatif. S. Ignati fol. mihi 9 col. 2. Vbi (inquit) Gens do-  
ctor quam in Societate IESV? Quis Pater filios habuit sapi-  
entiores, quam B. Ignatius? doctos in Cathedris, acutos ar-  
gumentis, sapientes in pulpitibus. Si filius sapiens lætitificat Pa-  
trem, ut diuina canunt oracula: tantus illorum numerus læ-  
titia magna sanctum afficiant Ignatium necesse est, ut qui sunt  
adeo docti, eâ charitate prædicti, vita, & exemplo ita eximij,  
ijque Operarij in vinea Dei, idque non in sola Hispania, toto  
que Orbe Christiano, sed ad barbaras gentes, longe dissitas  
plagas, ac incognitas suorum filiorum doctrina penetrauit;  
de quibus non incongruè, aut citra comparationem, aut æ-  
qualitatem, quod de Christi discipulis Dauid, affirmare no  
bis licet: in omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Vbique  
enim gentium doctrinæ Christianæ Scholæ, Congregatio-  
nes, præceptiones, Conciones, ac expeditiones spirituales  
Societatis IESV vigent. Hæc Religio illa Turris Dauid est  
adeo celebris in Cantorum libro, armis adeo instructa,  
mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Quæ  
licet

Nulli Iesui-  
tis sapien-  
tiores in ca-  
thedris, &  
in pulpitibus  
ejus charitate  
prædicti vi-  
ta, & exē-  
plo eximij.

Ad longe  
dissitas, &  
incognitas  
orbis plagas  
penetrarunt.  
Eorum varia  
ministeria  
ad hominum  
salutem.

Pf. 18. §.  
Societas  
Turris Da-  
uidica, ar-  
mis ad Ec-  
clesia defen-  
sionem, &  
contra Ha-  
reticos re-  
ferta.

Q

Cant. 4.4. licet de Ecclesia dicta sint, Societati hodie accommodamus,  
*Ex qua ar-* quæ Turris est David armis ad Ecclesiæ Euangelijque de-  
*matai duces,* fensionem referta, impios Hæreticos scientia, ac doctrina  
*ac strenui* laceſſendo. Ex hac Turri prodiere armati duces, ac strenui  
*fidei defen-* fidei defensores; hinc celebres Salmerones, eruditæ Bellarmi-  
*sores pro-* ni, docti Maldonati, ac insignes Toleti, & alij complures,  
*dieren.* quos referre operolum est. *Hoc eius de Societate iudicium fideliter*  
*latine redditum.*

*Eius Insti-* 61. A GIBERTO MASIO Episcopo Siluedensi, cui sum-  
*tutum, mu-* ma eloquentia Ciceronis Belgici cognomentum peperit: is quoties col-  
*nia, vita,* loquij priuatis, quoties publicis pro concione sermonibus, nostrum  
*moreisque* Institutum, munia, vitam, moreisque ad ruborem Patrum, ad emu-  
*laudantur.* lorum dolorem, deprædicauit? Quo die Ignatij in Beatorum album re-  
*lati* solempnia Societas celebrabat, ipse peracto splendido Sacrificio in  
*Cathedram ascendens*, ad pulcherrimam audientium coronam pro sua  
*facundia adeò magnificè de B. Patris, deque Sociorunt laudibus verba*  
*fecit, ut impatiens tanti præconis inuidia nonnullos in ipsummet con-*  
*citarit Antistitem, ausos de superiori loco carpere, quæ ille dixerat, ar-*  
*gumentisque refellere: quibus mox facti pænitentibus haud grauare*  
*vir mitissimus condonauit iniuriam. Sic in Imag. 1. sec. Soc. fol.*

884.

*Quanti* 62. A REMIGIO DRVITIO Brugensem Episcopo, qui So-  
*habita à* ciетatem quanti faceret, non obscurè prodidit, cum in summis Reipu-  
*Remigio* blica angustijs, negante Magistratu, parem se alendo Societatis Col-  
*Episcopo?* legio, respondit, Se potius, quam Collegium Vrbe ceflurum.  
*Ita Ibidem.*

*Cognita in* 63. A MATHIA LAMEERTO, qui medius inter Rodoua-  
*morte à* nium, Druitionque insulas gessit, morti tam proximus, quando sub-  
*Lamberto.* lucente alterius vita radio clarus appareret rerum color, Sacerdotem  
*nostrum ad se euocauit, cui omnes anteactæ vita noxas aperuit, per-*  
*petuamque Societati, quam adhuc male cognitam habuisse, fate-*  
*batur, eleemosinam donauit. Ibidem.*

*Et à Caro-* 64. A CAROLO MASIO Ganduensi Episcopo, cui eadem  
*lo Masio.* ac Lamberti sub extrema vita tempora vox fuit, quæ dolentis animi  
*sensus*